Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gitur: Nulla rei fit sufficiens signi tantum fit structura quam nec statuet statura signati minuitur Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorum non mittendus canibus Et figuris p signatur cum ysaac immolatur agnus paschae deputatur datur manna patribus Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tui nos pasce nos tuere tui nos bona fac videre in terra viventium Tu qui cuncta scis et vales qui nos pascis hic mortales tu nos ibi convivales coheredes et sodales fac sanctorum civium.

Ant. Dixit dominus turbis iudeorum secundum johem. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in eo Sicut misit me vivens pater et ego vivo propter patrem: et qui manducat me: et ipse vivet propter me Hic est panis qui de celo descendit: non sicut manducaverunt patres vestri manna in deserto: et mortui sunt Qui manducat hunc panem: vivet in eternum Off. Sacerdotes incensum dei et panes offerunt deo et ideo sancti erunt deo suo et non polluet nomen eius alleluia Sec. Ecclesie tue quesumus domine unitatis et pacis propitius dona accede: que suboblatis muneribus mystice designantur P. Phaco Quia incarnati Communio Quotiescumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annuntiabitis donec veniat itaque quicumque manducaverit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini alla Complenda: Fac nos quesumus domine divinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quam precioso corporis et sanguinis tui temporalis percepcio prefigurat Qui cum deo pre et spiritu sancto vivis et regnas in secula seculorum Amen